

concessam & possibilem esse, consequenter artem
Chymiae non fictam, non detestabilem, non tur-
 pem, ut hodiè à multis falso accusatur, sed veram,
 admirandam, sanctam, & comprobatam, eā nimi-
 rum, quæ juxta ordinem naturæ, viam & cursum su-
 um instituat, spiritum quendam generativum, in-
 visibilem & impalpabilem, qui alibi semen Metal-
 lorum dicitur, quærat & eò ducat, ut adepta matu-
 ritate fructum & fætum sibi convenientem præfe-
 rat, &c. Idcirco multi Philosophi hoc argumento
 moti, Semen illud aureum in debita materia, Auro
 pura, quæsierunt, quæsitum invenerunt, & ex corpo-
 re **Oris**, tanquam ex silicibus, quos ei natura cir-
 cumdedit, secaverunt, vel extraxerunt, quod sic ri-
 te segregatum postea alicujus ejusdem generis na-
 turæ, h. e. cuivis metallorum applicuerunt, aurum
 statim & argentum confecerunt, sicque aurum sibi
 simile generare posse exemplo & experientia co-
 gnoverunt: Revelante quidem ipsâ vera, nullo ta-
 men lucro vel emolumento. Nam cum Spiritus
 ille **Oris** vulgaris sit, sicut compositi, & sufficiens
 sibi soli, propter quod etsi cum aliquo alio metal-
 lorum permisceatur, non plus potest illa digerere,
 vel plus de sua digestione illis impertire, quam in se
 ipso habet. Est enim forma extensa, non intensa,
 non exuberans, ideo ultra suam mensuram imper-
 fectum corpus in perfectum permutare non po-
 test. Cum enim omnis res composita sit ex materia
 & forma, & **O** vulgare tantum habeat de forma
 (Spiritum opinor) quantum de materia, ergo tan-
 tum etiam de virtute, tantum de Entitate, tantum
 à operatione, & non plus. Quapropter plus **Ori**
 Phi-